



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Meditatio XV. De ejusdem perniciosissimæ Tepiditatis reformatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

& exercitia, quæ Me tibi, & te mibi juvenem Pollard.  
 reddiderunt e nolo, ut per occupationes à meo in Vit. 7.  
 servitio remittas, & te excuses. Quà monitio-  
 ne correptus, omnem ille fervorem re-  
 stauravit. Charissimi mei, si occupationes  
 tam sacræ, tam necessariæ non admissæ  
 sunt in excusationem defectionis à bene  
 cceptis, quâ ratione Superis placebunt  
 voluntariæ omissions, & otiositates?  
 quibus aliquoties se fallunt seniores,  
 dierum, annorumque numeros compu- Anni terti-  
 tando, quibus in Monasterio, vel Sacer- de transacti  
 dotio vixerunt, non curantes quo non sunt  
 fervore, profectu, vel fructu: in quos re- computan-  
 di.  
 Et illud Senecæ replicet: Nisi turpius, quam Senec. l. 1.  
 grandis natu, qui nullum aliud habet ar- de iran-  
 gumentum, se diu (in Sacerdotio, vel Reli- quill. vi-  
 gione) vixisse, nisi dies & annos, talis enim tæ.  
 non diu vixisse, sed diu fuisse censendus est.

## MEDITATIO XV.

De eiusdem perniciöissimæ Tepidi-  
tatis reformatiōne.

Quidam Otiositas inimica est animæ Text. Re-  
 &c. ante omnia deputentur &c. qui gula. c. 48.  
 circumvent Monasterium, &c. & videant,  
 ne forte inventetur Frater acediosus, qui va-  
 ges

*Quintæ Diei  
cet otio, aut fabulis, & non est inten-  
ctioni, & non solum sibi est inutilis, sed  
am alios extollit.*

*Præludium. Imaginare; quod  
deas, hominibus claro die stertent  
diabolum in agro optimis seminibus  
to superseminare zizania.*

*Tepiditatis  
mala pub-  
lica.*

*Pnnct. I. Consid. I. Tepiditatem  
ligioso, & non minus in Ecclesiastis  
summè propudosam; quia reddit  
illam 1. erga Deum veluti Patri  
gratissimus, ad accepta tot speciali  
neficia, in amore debito inconsueta  
laudibus negligens, in servitio, &  
suo infidelis. 2. Erga Religionem  
Ecclesiam, ceu Matrem suam,  
illum in susceptione, & studijs  
pit, in Novitiatu, ac Ordinatione  
in utero gestavit, in Professione  
promotione ad beneficium peperit,  
vitæ decursu nutrit, vestit, tolerat,  
vat, extollit, summè iniquus, & de-  
dator. 3. Erga communitatem, &  
sibi commissas inutilis tanquam fa-  
infraestuosa, quæ omnem terram per-  
dinem ad se attrahit sine fructu: de-  
de etiam nocivus, scandalosus,  
rumque infectivus, sicut aqua  
nunquam mota, sed computret  
& fœtens.*

*Matth.  
13. 25.*

O Anima mea, si talis es, contre-  
misse ad illud æternæ Veritatis horri-  
bile maledictionis fulmen: Nunquam ex Matthi-  
u fructus nascatur: succidatur, & in ig. 21. 196  
nem mittatur.

Punct. II. Confid. Eandem tepiditatem Eius damna.  
esse summè damnosam. 1. Quia sicut fa-  
vus sine melle, murus absque tempera- S. Bonav.  
mento, & cibus sine condimento, ita l. 2. de pro-  
vita Religiosa, vel sacerdotalis sine stu- fect. c. 6 p.  
dio internæ dévotionis, atque fervoris.  
2. Talis hominis opera bona deficiunt,  
profectus impeditur, actus heroici lan-  
guent, merita diminuuntur, gratiæ di-  
vinæ fontes obstruuntur. 3. Illius bre. S. Bern.  
vis & rara est compunctio, animalis co- serm. 6. de  
gitatio, lurida conversatio, obedien- Ascens.  
tia sine devotione, sermo sine circum-  
spectione, oratio sine cordis intentio-  
ne, vita sine ædificatione.

Et quanta est hæc, ô Deus ! misé-  
ria, & stultitia, orare, vigilare, jeju-  
nare, dies, noctesque ferre muneris sui  
pondus, & æstum, & tamen invito,  
subristi, languenti, nauseabundo, &  
pigro spiritu ? Putabis, quod sis multo- Apoc. 14.  
rum bonorum operum dives, & locu-  
ples, & nullius egeas, & nescis, quod  
taliter in fine vitæ eris miser, & mise-  
rabilis, & pauper, & cæcus ; & nudus ;

Q igitur

*ib. v. 18.* igitur suadeo tibi emere aurum ignitum  
batum, ut locuples fias.

*Punct. III. Confid. 1.* Quemcunque  
pidum adeò esse Deo abominabile  
sicut cibus nullo sale, & aromate co  
Deo sum-  
me odioſa.

tus Stomacho nauseam creat, & ru  
tum, ita eſte tepidum, & opera e

in ore DEI, unde dicit: Utinam fu

esses, vel calidus, sed quia tepidus,

*15.* ceptiam te evomere ex ore meo. 2. In

*Dion.* di Deo invisum, ut despiciat in hu

*Cart. l de* sequio inde votum, ac negligentem

*reform.* cut impium detestetur, & maledic

*can. Ie-* dicente Scripturâ: Maledictus, qui

*rem. 48.* opus Dei negligenter.

Quale prô dolor iudicium? &

ergo in futuro maledictionis sen

exspectabit Tepidum, si hîc jam

mitur, & maledicitur & audi, pigr

*Apoc. 2.* dicem increpantem: Habeo adver

quia charitatem tuam primam (Novit

& Ordinis tui fervorem) reliqua

mor esto, unde excideris, & age pri

am &c.

Et cùm torpor, inertia, om

inimica sit animæ, & omnium vi

rum fœcunda parens, fac, ut num

inveniaris acediosus, aut nugis &

bulis vacans, & tempus inutiliter

sumens, ne sis i eligioni, & Ec

tuæ inutilis fungus, & solūm fru

ac redditus pingves consumere natus:  
 Alias venio tibi citò, & movebo candelabrum Apoc. loc.  
tum de loco suo: portionemque tuam cit.  
 cum hypocritis in pœnæ æternitate con-  
 situam; nisi pœnitentiam seriam ege-  
 ris, & maturam:

## CONSIDERATIO I. P. O. MERIDIANA.

De Fervore Veterum SS. PP. &

Religiosorum:

**I**ntrare Sanctorum Patrum vivida exem- Gers. l. 2;  
c. 18.  
n. 1.  
n. 3.

pla, in quibus vera perfectio resulsa, &  
 religio: O quantus fervor omnium Religio-  
 sorum in principio sue sanctæ institutionis fu-  
 it! & quanta devotio orationis! quanta æmu-  
 latio virtutis! quam magna disciplina viguit!  
 quanta reverentia, & obedientia sub regula  
 Magistri effloruit! Testantur adhuc vesti-  
 gia derelicta, quod verè viri sancti, & per-  
 fecti fuerunt. Vtinam etiam in te penitus non n. 6.  
 dormitet profectus virtutum, qui multa sae-  
 plus exempla vidisti devotorum.

## CONSID. II.

De magno defectu à novitio  
fervore:

**F**ervor, & profectus noster quotidie de- Ex eod. l.  
 beret crescere; sed modò è contrario sen- i. c. xx.  
timus n. 32

Q. 2